

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.  
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... puellae Sophiae Elisabethae Kochs/  
Moestissima Mater Hodierna ... parabit, Omnes omnium Ordinum Cives  
Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771570651>

Druck Freier  Zugang



Willebrandt, A.,  
in S. E. Koch.  
R. 1660.
















170

PROGRAMMA

Quô

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

ALBERTUS Willebrandt/ U. J. D.

Cod. Prof., Ducal. Consist: Assessor,

AD

EXEQVIAS

Quas

*Suavisima, Praeclara indolis & Spei puella*

SOPHIAE ELISA-

BETHAE ROCHS/

Moestissima Mater

Hodiernâ horâ I. in DEIPARÆ

Templô parabit,

Omnes omnium Ordinum Ci-



Academicos, amanter & of-  
ficiosè invitat.



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1760.





RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
ALBERTUS Willebrand/ D.



Uicalamitosô hoc tempore, cœtum de-  
serunt mortalium, & fortunatissimæ  
beatarum mentium sodalitati coopta-  
ti, hac humana infrâ se planè despici-  
unt, de horum obitu, latari nè æquius  
sit an mœrore confici? non immeritò  
aliquis controversiam faciat. Sanè cum tùm corporis  
tùm animi oculorum aciem intendimus, ad examinan-  
das tot calamitates æ miseras, in quibus itâ fluctuamus,  
velut minuta magnò deprensæ navis in mari, vesamen-  
te ventò fluctuare consuevit; cum intus pectoris pene-  
tralibus imprimimus metum malorum etiam gravio-  
rum, quorum neq; modum neq; terminum prævidemus,  
non immeritò faustissimam, nec lacrymis vel gemitu,  
sed piâ congratulatione prosequendam eorum sortem  
reputabimus, qui ab hâc vitæ segregati infelicitate, in  
Augustissimū illud beatissimæ illius Civitatis templum,  
evolant. Ex adversò quandò experimur, divelli à nobis,  
[eos qui



eos, qui pectori nostro erant charissimi, cum quibus amo-  
re indissolubili conjungebamur, non possumus esse tam  
obduratò corde, ut ad mœstitudinem, ad lacrymas, ju-  
stumq; dolorem non flectamur. Tristissimum quippè  
mehercule! solet esse tale divortium, quod equò tran-  
quilloq; sustinere animo, pauci admodum didicerunt, &  
quidè illi soli, qui Sapientiâ Christianâ obfirmati, re ipsâ  
& illustri documentò exprimere possunt, indolem ma-  
gnanimæ Virtutis & constantiæ. Verum enim verò,  
mens verâ illustrata fide, inter medios dolores, modum  
aliquem ponit luctui, ad illud afflictæ & exulceratæ  
mentis perfugium atq; asyllum Servatorem JESUM  
CHRISTUM semet convertit, præcipuè quando securi  
mente revolvit, illos, qui è mortalium commercio, bea-  
tissimè decedunt, sempiternâ illâ felicitate, gaudiq; frui,  
quod nec temporum metis, nec beatitudinis modò cir-  
cumscribitur. Et hæc dulcissimâ consolatione, etiam suos  
dolores, suosq; plântus temperabit, Mater mœstissima  
ejus puella, cui jam justâ facere conamur. quæ est SOPHIA  
ELISABETHA, dum viveret, præclaræ indolis maxima-  
que spèi phella. Et quæ nata erat hic A. 1656. die 21. Octo-  
bris. Patre HIERONYMO ROCH / U. J. D. Judicii Pro-  
vincialis & Mecklenburgici Advocato, Viro præclaris  
& excellentissimis animi ornamentis conspicuo, proli-  
xioriq; dignò vitâ; qui nimis properè, vivens saltem 28.  
annos, demptis 24. diebus, implacabilis mortis vehe-  
mentia. A. 1657. a. 3. Januarii, à suâ dulcissimâ conju-  
ge &



ge, & hac ipsâ tenellulâ (quam nunc recensemus) prole  
avulsus fuit. Matre CATHARINA Rahnen / lectissi-  
mâ femînâ, variisque pectoris dotibus commendatissi-  
mâ. Avô Paternô JOACHIMO Koch / hujus Civitatis  
Senatore praeclarissimo. Aviâ Paternâ SOPHIA Kling-  
gen / Viri Celeberrimi DN. BARTHOLOMÆI Kling/  
Jcti, hujus Academiae Professoris, ac Ducalis Consisto-  
rii Assessoris meritissimi; & laudatissimâ Matrona  
MARGARETHÆ Krons filiâ. Proavô Paternô  
CHRISTIANO Koch / Camerariô & Senatore GUSTRO-  
viensi. Proaviâ Paternâ MARGARETHA Donstels/  
femînâ dotibus fœmineum sexum decorantibus maxi-  
mè exornatâ. Avô Maternô Viro Amplissimo DN.  
HENRICO Rahne / J. U. D. Professore & Consistorii  
Ducalis Assessore gravissimo, Affine, Compatrie, ac Col-  
legâ meo plurimum dilectô. Aviâ Maternâ ELISABE-  
THA von der Lippen / Matronâ honoratissimâ, quæ  
A. D. 1642. die 8. Aprilis, mortalitatem hanc à se abdi-  
cavit. Proavo materno, Viro Magnifico DN. CHRIS-  
TOPHORO von der Lippe / J. U. D. Serenissima Regina  
Daniae ELISABETHÆ Cancellario, & post ejus obitum  
CHRISTIANI IV. & FRIDERICI III. Serenissimorum  
& Potentissimorum Daniae Regum Consiliario intimô.  
Proaviâ maternâ MARGARETHA Hermans / ex cele-  
bri & notissimâ hic Hermannorum familiâ ortâ. Hisce  
autem praeclarissimis, puellula hæc mellitissima procrea-  
ta progenitoribus Parentibusq; eodem suæ nativitatis  
die,



die, juxtà Servatoris nostri JESU CHRISTI institutum,  
Sacris Baptismi initiata, pignus promissionis divinae de  
coelesti vità consequendà accepit, & coheredum CHRISTI  
consortio fuit adscripta. Mox verò ab Optimà Matre,  
optimiq; patris filia, in cultu Divino, sceterisq; Virtuti-  
bus, quae faemineum insigniter exornant sexum; egregiè  
educata, tam acri & subtili ingenio, tamq; divina me-  
moria pollere incepit, ut plurimos longè natu majores  
superaverit, & ad stuporem non exiguum saepius ad-  
egerit. Rarissimò, in puerili atate exemplò, varias san-  
ctissimasq; (quae matutino & vespertino tēpore, quaeq;  
antè ac post cibi sumptionem recitari solent) preces atq;  
psalmos, labiis suis suavissimis, exprimere consuevit;  
eog; ipsò, ingenti animi voluptate ac maximo solatio su-  
am dilectissimam genitricem, in ejus lugubri statu affice-  
re potuit. Antè 10. circiter dies, Virguncularum Scho-  
lam frequentare, cum summò pro lubidò incepit; quan-  
jam DIVINUM illud & sacrosanctum NUMEN, ex hac  
temporali & transitoria, ad aeternam illam, coelestemq;  
ac sanctissimam nullog; intellectu humano comprehen-  
sibilibus Mysteris plenissimam Academiam, clementis-  
simè evocavit. Decimò tertiò die hujus Majis, nempe  
Die Dominicò, tam matutinis quam vespertinis ho-  
ris, sacram Aedem, simul cum dilectissimà suà Matre ac-  
cessit, sed vesperi, de imbecillitate appetitus, virumq; in-  
firmitate conquesta, proximà noctem, ferè in somnè du-  
xit. Sequenti die tristissima mater, curavit ad se accersiri

D. N. CA.



DN. CASPARUM March, Med. D. & Professore[m],  
Collegam honorandum, animum expetens ut elegantis-  
sima hæc puella pristinam recuperaret valetudinem; Sed  
consilia & subsidia illius, quamvis diligenter suppedita-  
ta, morbum [qui maximè mox sumserat incrementum]  
præcipuè verò astum vehementissimum cum capitis do-  
lore conjunctum, aliq[ue] virulentiora Symptomata, —,  
quæ malignam febrem, plerumque comitari solent,  
(DEO sapientissimò, vitæ terminum decernente)  
è tenello istius piè denatæ corpusculò propulsare non potu-  
erunt. Interim illa beatissima animula, patientissimò  
corde, summâq[ue] animi tranquillitate ac taciturnitate,  
infirmi[tatem] suam lethalem toleravit; mox hanc, mox  
aliam sacram precationem devotissimè orans, cujuslibet  
advētum, summâ humanitate, in tam parvulâ atate ra-  
rissimâ excepit; tenellam manum accedenti porrigens,  
ejusdem quoq[ue] manum blâdissimè exosculatâ fuit. Tan-  
dem Tertio die, scilicet 15. Maji, circa mediâ II. nocturnâ,  
non sentientibus lectulo ejus adstantib[us], famissimæ men-  
tis compos (cum quadrante hora ante extremum vitæ fi-  
nem vix elapsò, sermones pietatè magnam spirantes ef-  
fuderit) placidè animulam integerrimam exhalavit, &  
ab omni vitæ hujus ærumnosa infelicitate soluta, ad cœ-  
lestè patriâ (undè tam charū ac nobile depositū in terram  
hanc erat demissum) cōmigravit; postquam hic vivendo  
quatuor annorū, ferè demtis quinq[ue] mensibus & aliquot  
diebus, et atè explevisset. Jam verò suò deplorādò, quan-  
quam



quam beatissimò è vivis secessu, docet luculentissimè verà  
illa esse, quæ [dum viveret] eundo & stando, labellis  
suis jucundissimis pronuciare consueverat. Nempè

**Alles alles was wir sehen  
Das muß fallen und vergehen.  
Wer Gott fürchtet muß bestehen.**

Jam summ cœlestem, omnibusq; thesauris preciosiorem  
Sponsum CHRISTUM JESUM convenit; jam illius ca-  
stissimis & dulcissimis fruitur amoribus, de quò quoti-  
diè & fermè quavis horà (o stupendam puellula pieta-  
tem) inter alias preces, canere hæcce solebat.

**YESU meine Freude  
Meines Herzens Heyde/  
YESU meine Zier/  
Gottes Lam/ mein Bräutigam/  
Auser dir sol mir auff Erden  
Sonst nichts liebers werden.  
Beg mit allen Schätzen  
Du bist mein Ergehen  
YESU / meine Lust. ic.**

Cogitate jam inprimis CIVES ACADEMIÆ, in quàm egregiam,  
quãtisq; virtutib; cõdecoratissimã fœminã evasisset, hac insignis  
puella, si ad maturiorẽ devenisset etatẽ. Quia verò benignissimo  
DEO visum fuit, ut satius eã, sordibus peccatorũ non aded̃ inqui-  
natam,



*natam, innocētem, ex hoc corruptissimò mundò, ad sempiternam  
illam felicitatem evocaret; nè sanguine Filii DEI inestimabili  
emundata animula, in varia & teterrima peccata, in maxima  
& continua pericula (cum quibus nos miseri hodiè cōflictamur)  
conjiceretur. Idèo illius tam celerem occasum. Tu charissima  
Mater, quanquam gravi jam vulnere affecta, noli infirmo pro-  
sequi desiderio. Lenire velis tuam aegritudinem forti solatiò,  
Divinamq; voluntatem tue preponere non moreris; præcipuè  
cum filiola tua, in cœleste illud transferit domicilium, in quò (ut  
mellifluus Bernardus ait) recedet à memorià timor, à vo-  
luntate dolor, succedet mira serenitas, plena suavitas,  
æterna securitas. Nos verò CIVES ACADEMIÆ honoratis-  
simi (amanter & officiosè oro) Exuvias hujus puella scitissimæ,  
elegantissimæ, piētissimæq; Dormitorio in Templò DIVÆ  
VIRGINIS paratò, hodiè inferendas, frequenti comitatu cele-  
brate. Exhibete hoc Supremum humanitatis officium non solum  
integerrimæ huic puellæ, sed etiã honoratissimæ Matri, præclaris-  
simo ejus Avò Maternò, Professori hujus Academiæ dignissimo,  
cæterisq; ipsius paternis ac Maternis cognatis, ut & Amicis præ-  
cellentibus ac honestissimis. In hoc verò lugubri casu & funere,  
propria quoq; fragilitatis memoriam recolite, Et vos ad beatam  
ex hac miseriarum Valle, ad æterna gaudia migrationem,  
tempestivè preparate.*

**P. P. Rostochii, sub Sigillò Rectoratus,  
die 20. Maji. A. D. 1660.**


**Conventus fiet hodiè horâ primâ in Beatis-  
simæ Virginis Æde.**













GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK.







die, juxta Servatoris nostri JESU CHRIS  
Sacris Baptismi initiata, pignus promiss  
coelestis vitæ consequenda accepit, & cohere  
consortio fuit adscripta. Mox verò ab C  
optimiq; patris filia, in cultu Divino, cat  
bus, quæ fœmineum insigniter exornant  
educata, tam acri & subtili ingenio, tam  
moriâ pollere incepit, ut plurimos long  
superaverit, & ad stuporem non exig  
egerit. Rarissimò, in puerili ætate exem  
tissimasq; (quæ matutino & vespertin  
antè ac post cibi sumptionem recitari sole  
psalmos, labiolis suis suavissimis, expri  
eog; ipso, ingenti animi voluptate ac mas  
am dilectissimam genitricem, in ejus lug  
re potuit. Antè 10. circiter dies, Virgini  
lam frequentare, cum summò pro lubiò  
jam DIVINUM illud & sacrosanctum  
temporali & transitoria, ad æternam ill  
ac sanctissimis nullog; intellectu human  
bilibus. Mysteris plenissimam Academ  
simè evocavit. Decimò tertio die hujus  
Die Dominicò, tam matutinis quam  
ris, sacram Ædem, simul cum dilectissim  
cessit, sed vesperti, de imbecillitate appetiti  
firmitate conquesta, proximâ noctem, f  
xit. Sequenti die tristissima mater, cur a

